



Synopsis vitae Caroli ix, Valesii Galliae regis, novissime defuncti

<https://hdl.handle.net/1874/9348>

2

SYNOPSIS
VITÆ

CAROLI IX.
VALESII GALLIÆ RE-
GIS, NOVISSIME DEFVNCTI,
E LIBRIS GALLICIS EXCERPTA
ET TRANSLATA IN SER-
MONEM LATINVM.



ANNO DOMINI

M. D. LXXVIII.



Multa labor peperit uarius mutabilis æui,
Tēpore cuncta tamen nūc abeunte ruunt,



Sed quæ uirtutis pulchro sunt parta labore,
Dum cœli lucent sidera, fixa manent.

REVERENDA
DIGNITATE, ER VDITIONE,
ATQVAE AVTORITATE PRAESTANTISS:
Ampliss^{pe} viro D. Iohanni Leisentr^trio, Sedis Apo-
stolicæ ac Romani Imperij Protonotario: Sacri
Lateranensis Palati Comiti: S. C. M.
Consiliario Ecclesiastico, ac Budiss: Deca-
no digniss: Domino suo plurimūm
honorando. S.



VM IN HAS ORAS DELATVS
essem, Reuerende Antistes, in' er alia tam pu-
blica quam priuata ornamentorum huius Pro-
vincie Sorabum monumenta que aduenia pa-
sim & inuestigando cognoscerem, & coram perspecta mag-
nificacerem, in Publica administrationis ac iusticie exer-
cende, & conseruanda publica quietis examinatione, cum
perpenderem omnia aliquanto accuratius, occurrit inter
primos moderationis huius laudande Symmistas & quasi
antesignanos Reuerenda Tua Dignitas, cutus eximia in
hanc Rempublicam merita, multis hac tenus annis palam
constant, que eadem constanti etiam deinceps equitate, cu-
ra piterna, & vigilantia ac dexteritate consueta, conser-
uare, tueri, augere, rectissime niteris. Quod tuum com-
muni commodo inferuendi & quamplurimis beneficiandi
studium (in hac præsertim mundi senescentis agritudine,
& tanta delirantium opinionum varietate) vel incolis ta-
centibus, aliorum etiam locorum homines, & posteri quo-
que, magna cum nominis tui gloria ac fama, maiore cate-
rorum admiratione, merito predicabunt. Quod Celebri-

A jy tatis

EPISTOLA

tatis nominis tui argumentum maximè auget propensum illud erga bonas literas & literatos homines studium, & digna tali viro beneficentia qua illos complectenteris, queq; mihi etiam causam præbuit, quô minus vererer Reuerendam Dignitatem tuam dedicatiuncula presenti compellare, exigua quidem illa, Sed que ab optimo animo, sueq; præstantie inseruendi cupidissimo sanè proficiuntur: Ideoq; non ex sui breuitate aut tenuitate, Sed ex offerentis affectione erga Dignitatem tuam sincera, & nonnulla ipsius quoq; materia excellentia ac suauitate forsan estimanda. Continet enim succinctam, & breuissimam quasi capitibus inclusam narratiunculam præcipuarum rerum, que in Vitam, mores & actiones CAROLI IX.
VALENTII Galliæ Regis nouissimè defuncti cadere potuerunt, è quibus quasi Commentariolis, arguento prolixioris operis desumpto, pleniorem aliquis ei rei idoneus instituere posset historiam non absq; & legentis fructu & digna istius Regis memoria conseruatione. Narratiunculam ipsam ex amici cutusdam, Nobilis Galli, istius Regis intimi in pueritia sua Cubicularij annotationibus seu Ephemeridibus priuatis Lutetiae collectam, & digestam quasi in Epitomen quandam, Gallica lingua consignaueram: Nunc oportunum otium nactus, excusis per hos dies sarcinis meis librarys, incidi in tractatum prædictum: quem mecum habens in vicino Vrbi pago apud Nobilissimum Lominum Abrahamum à MeZerade, & trum & literis excusissimum, ita doctorum Lominum amantissim m, per diem aliquot, quibus cum eo fuit otium, e Gallico Idiomate (cuius mira est elegantia) in Latinum transluli: Nunc descriptum à me cunactum dedicatiuncula presenti Fene-

rende

DEDICATORIA.

rende Dignitat: tua offero consecrō, ut sit eximia erga
Dignitat: tua, obseruantia mea primum quoddam documen-
sum. In eo quidem scripto mirari licebit non vulgarem
istius Galli hominis sapientiam, cautissimum rerum gra-
uissimarum contextum, in primis verò tantam animi mo-
derationem. Cum enim ex ipso scripti huius perpetuo con-
textu appareat, bonum eum (ut vulgo loquimur) fuisse
Catholicum: Id tamen cvidens est, ac locutentum sane
quod summa animi stiliq; temperantia, periculosisimi iu-
dicij res, ob controversa Religionis negotia intricatas,
prouide admodum persequitur, cum neutrius partis vel
fraude vel iniuria, ita, ut (verissima utiq; narrando)
nec aduersarijs suis (quod perulgatum sane est hodie)
obtrectando contumeliosius insultet, nec verò sue etiam
factionis, imò nec ipsius Regis sui vitia conticendo pre-
tergrediatur, sed liberaliter eorundem mentione instituta,
propensiore tamen affectu quodam eadem excusare quo-
dammodo, vel saltē mansuetiorem interpretari in partem
conetur, ita ut dubium forsitan alicui videri possit. An Catho-
an Hugonotis (ut vulgatis utar terminis) equior: Imitatus,
ut apparet nobilissimum scriptorem Suetonium, qui enum-
meratis Romanorum Imperatorum Virtutibus, virtus quoq;
eorundem atq; enormes actiones commemorare non preter-
misit, non simulati. Sed candidi muncre historici functus.
Moderata huius modi temperantia exempla plurimi in
Germania nostra praestantissimi Viri, gubernationi potissi-
mum aliorum præfecti, magno cum Reip: emolumento,
rectissime imitantur. Et laude dignissimum est Romani
Imperij, quod DE i beneficio hodie viget, institutum sa-
pientissimum, conseruande quieti Germaniae accommoda-

A ij tissimum

EPISTOLA DEDICATORIA.

tissimum, Quod ita scilicet inuicem viuunt utriusq; reli-
gionis incole, ut neutra illius profectio cuiquam fraudi aut
periculo sit. Nam libertatem si Gallus suis permitteret,
certissime tantum humani sanguinis istuc non funderetur.
Sed eam esse Gallorum naturam, ea ingentia, ut diuersitas
tem religionis illam utring; paulo diutius ferre nequeant,
& coram vidimus cum ipsis aliquandiu versati, & idem
funestae ille huius regni clades haec tenus comprobarunt.
Bene valeat R. D. T. meq; ac mea studia, tum R. D. T.
paratissima inseruendi obsequia sibi commendata esse
patiatur. Eudissine Soraborum, profecto pentecostes:
M. D. LXXXIII.

R. D. T.

Obsequentiss:

Wolfgangus Fusius M.

SYNOPSIS.

VITAE CAROLI

IX. VALESII, GALLIAE

REGIS NOVISSIME DE
FUNCTI



CAROLI ORTVS.

EX gente Capetia duæ familiæ clarent, *VALESIORVM & BORBONIORVM*: Sed illi ausgustiores qui Galliæ imperant: horum egregia merita, quædam etiam secus admissa in Rempublicam extant. Autis *CAROLIFRANCISCVS* liberalium artium fautor: pater *HENRICVS* exactis Gallia Britannis clarus. Maternum genitum duxit à Medicæa familia vetere & honorata apud Hetruscos: ex qua orta est *CATHARINA* splendissima femina.

CAROLI NATIVITAS.

CAROLVS natus est in agro Parisiensi prope Ses quanam flutium, vico modico, cui nomen est Lallia, V. Calend: Iulij, anno Christi M. D. L. hora, quinta cum dimidia.

Infanti cognomen *M A X I M I L T A N O* inditum, quod postea placeret Maximiliano Cæsari & socero. *M I C H A E L H O L A N E N S I S* Mathematicus inspecta eius genitura, prædixit infelicem principatum: Nec postea euentus defuit

CAROLI

CAROLI REGNUM.

Annum agens vndeclimum, *FRANCISCI II.* fratriis hæreditatem adiit, qui sine prole discessit. Quo die in Regem vncius est, neganti matri posse eum per ætatem ceremonias ferre, quæ multæ sunt: Feram, inquit, nec recusabo hunc laborem, quoties se Regna offerunt.

BELLA CIVILIA.

Bella Civilia sub antecessoris principatu nata ex odijs *GVISIANORVM & MOMMORENCIORVM*, hoc rege Galliam vastarunt: direptæ vrbes, incensa oppida, vastati agri: multa hominum militia trucidata. Incendio perdita circiter quadrageinta hominum millia.

VICTORIAE CAROLI.

Quater pugnatum est. In Carnutibus ad Actum amnem, Cæsis duodecim millibus hominum: In aspectu Lutetiae Vrbis Parisiorum *ANNAS MOMMORENCIVS* Gallæ Conestablius occidit. In Xantonibus ad Charrentonum flumen, interfecto *LUDOVICO BVRBONIO* principe *CONDÆO*. In Pictoribus ad Monconturium oppidum, quo prælio *XV.* hominum millia profligata. Has victorias per Legatos obtinuit. Minuta verò prælia in singulis prouincijs, seditiones, cædes, rapinae, in omnibus penè cultis inculsig^g Gallæ locis, propter Religionis

ligionis cursum fuere: Cum magna pars Ciuitum veteribus sacris inhærerent: alij, ex Caluini disciplina, novos ritus introducere conarentur. Quæ discordia ciuitum fuit omnium perniciosa.

REMEDIA ADVERSUS DISCORDIAS.

DEBET Vobis remedij ad sedandas Regni discordias usus est, clementia & seuitia, Pacem enim cum rebellibus pactione pepergit, renouato veteri Atheniensium exemplo AMNHETIAS.

Eosdem fortunis, sedibus, honoribus restituit: Nihil inde tamen consecutus est, nisi odium suorum: Nam saepius ignoscendo, serius illorum auxit insolentiam, Ut imperata facere nollent, & leges darent Dominio suo verius quam reciperent.

CAEDES PARISIENSIS.

CVM verò desperatus morbus anxiam & periculosa curationem requirere videretur, nec aliter sanari posse quam astu & seuitia: astum quidem permisit per speciem nuptiarum sororis suæ MARGARITAE cum HENRICO REGE NAVARRENO. Conuenere Lutetiam factionis Duces, nobilissimus quisq; & audacissimus Centurio, honoraturi Principem rebus suis fruentem. Peractis nuptijs, cum iam discessari viderentur: Rex die festo Bartholomaei prima luce, dat signum cædis: Cives cæsis omnibus Caluinianis, qui in Urbe requiri potuerent, passim

BESTIA graffantur.

grassantur. *AMIRALIVS* fax & incendium pax
trix pergit. intersectorum numerus ad bis mille Ca-
dauerum uno tractorum, & in profluentem præci-
pitatorum excurrat. Clades hæc accidit VIII. Cal.
Sebtemb. M. D. LXXII. Rex ipse Tragoediam
ex arce lætus spectauit. Aliquot post diebus Amira-
lius ad furcam publicam suspensus: servis factorem
non ferentibus, *HOSTIS MORTVI BONVS*
EST ODO R, inquit.

LITERÆ EIVS AD PRÆFEC- TOS PROVINCiarVM.

litteras
parfessor

Dedit continuò literas ad præfectos prouinciarum,
mandans reliquias hostium deleri: Nulla sexus
nec ætatis ratio habita est. Cecidere vna literarum
significatione hominum circiter X. millia. Plebs ira-
ta nullum in his trucidandis fœnitæ locum prætermis-
sit. Quod si in Aquitania, ubi hoc malum cautius
vel citius serpsit, Parisorum Medicorum remedia
tunc adhiberi potuissent, Idem annus finem bellorum
Civilium, & initium diuturnæ pacis attulisset. Sed ali-
ter visum est superis: An propter quorundam pio-
rum cum impijs fusum sanguinem: An aliam ob cau-
sam.

ALIQVOT CAROLI EGREGIA DICTA.

CVM in militari via, qua Meldas proficeretur, ab
Equitatu rebellium penè circumueniretur, cons-
versus ad Legiones auxiliantium Helvetiorum, inter
extera

cætera vocem illum addidit, Mallem morte REX quam
vivere CAPTIVUS. Magistri Equitum est, En-
se Regi præferre: Igitur Anna Mommorencio Con-
nestablio mortuo, honorem illum petentibus respon-
dit, Satis sibi virium esse ad gestandum ensem, nec alt-
eno ad id auxilio se indigere.

Regiae familie magistro GVISIO proditione
hostium sublato, Cum id munus demortui filio daret,
quem puerum quidam dicerent, Senescet, inquit. Di-
cebat Eum, qui semel Regnum appetiisset, in ea libidi-
ne moriturum. Contineri interdiu non poterat do-
mi, Edificium vocans sepulchrum Viuentium.

V X O R E T F I L I A.

VXorem duxit Isabellam, Maximiliani Romano-
rum Cæsaris filiam: Ex ea tulit cognomine ma-
tris filiam: Cuius natali die atidus fuit suppliciorum
spectandorum, sub Occasum Solis accendi facies iubens
circa furcam, ut morientium ora certius videret. An-
notatum id fuit tanquam infastum, ac plane indeco-
rum. REGES autem autores crudelium supplicio-
rum esse oportet, quoties flagitijs sævitiam exposcent:
Spectatores autem minimè esse decet, ne atrocia me-
ditari assuecant.

S A N C T I O N E S E I V S.

SANCTIONUM eius Edictorumq; numerus iniri non
potest. Necessaria illa visa est, quam de anni Ordina-
tione publicauit. Nam cum cæteræ nationes anni
principium definiant à natali Christi: GALLIA
B ij paschate

paschate Soli ordiebantur : Quæ res turbabat mercatorum rationes in solutione, & alijs contractibus,

SYMBOLVM CAROLI.

Ministri & serui Caroli symbolam in veste prærebant, Columnas duas sic inscriptas *VIRTUTE & IVSTITIA*: quibus rebus cett columnis magna Imperia nitantur. Videtur Michaël Heluin seruitij Regij magister ex Claudijs Iudo apud Senecam Symboli occasionem cepisse, aut alius quicunque fuit. Extat enim apud eum authorem vox *AVGVSTI* Principis *VIRTUTE ET IVSTITIA HOMINES DEOS FIERI*. Porro Carolus vtramque virtutem coluit: Pietatem autem vsque adeo, vt propter eam, sacrarque maiorum, sanguinis innumeri multum fuderit: Nam cum humanitate & clementia suos recinere in officio non posset, saevitiam induit, uocem illam ingeminans. Quoties de reis ageretur: *PIVME ESSE CRVDELITATIS EST: CRVDELEM PIETATIS*. Iustitiam autem non ita æquè coluit, coactus omnia venalia habere, vectigalia noua imponere, exigere tributum solito grauius, Vnde exercitus alere posset.

SERVVS AB EO PRÆDILECTVS.

Seruum vnum præcipue suspexit *ALBERTVM TVDIVM* institoris Lugdunensis filium, à quo didicit nomen Dei iurare. Hunc nobilissimis viris præferens, in immensum extulit, opibus, honoribus, fauore:

fatore; facturus maiorem, si dictatus vixisset. Tributum Equitum (qui honos in Gallia magnus habetur) esse hunc voluit, præposuitque provinciae *M A S S I L E N S I V M*, & quibus ille optauit, rebus attixit: Constat eum donatum a rege uno quinquennio sexcentis aureorum millibus.

PÆDAGOGVS ET NVTRIX.

A M I O T V M pædagogum suum magni deinceps fecit, opimis sacerdotijs primū, mox Altissio durensis ciuitatis Episcopatu donauit: Lanij filius erat, Molodino oppido ortus, & excellenti ingenio, Latineq; & Græce doctissimus. *C A R O L V S* magistrum Eum appellabat, inter iocos auaritiam ex probans & sordes. Nutricem vero vnicè amauit, et si Caluinianam: nec aliud vñquam ab ea petiit, nisi ut ad sanitatem rediret, Quod & obtinuit: Siquidem Parisiensi cæde deterrita, ad sacra maiorum reuersa est, Regis sane precibus, non minis. Eadem petenti pro se familiac; sua, nihil vñquam denegauit.

LIBERALITAS EIVS.

*E*rga omne hominum genus liberalissimus fuit, saepè dicens *R E G E M* in dando facilem esse oportere: populos quippe fluminibus similes esse, pecunias ad fiscum ceterum ad Oceanum aquas transmittere.

NOTARIUS CAROLI.

*L*iteras pingere didicit admodum ppter à Petro Amone Blasensi, notariorū fortius Europæ excellens, B ij lentissimo,

Ientissimo. Idem signum, quo in scribendis sacris san-
ctionibus vteretur, delineare docuerat. Postea accusa-
tus religionis nouæ, Parisijs à seruo publico strangu-
latus est.

Casum artificis Rex moleste tolit, cedens intidiae
temporum : Cùm bella citulia cogerent de amicis
quocq; supplicia sumere,

EXERCITIA EIVS VARIA.

SOlebat saltare, pila ludere, Equos incitare, Eis sole-
as facere : agitare etiam quadrigas optimè noterat.
Insuper arma fabricare : fundere etiam tormenta, pís-
cari, feras capere. Venationis studio ab ipsa pueritia
flagravit vscq; ad insaniam. Interdiu vagari in siluis
noctucq; solitus, immemor cibi pottuscq;, vt Voluptati
huic satis faceret. De instrumentis Venatorij & lati-
bulis ferarum arte multiplici eas capiendi extat liber
ab eo scriptus, quem in latinum sermonem transferri
perito linguae aulico mandauit. Hæc quotidiana bell-
uarum infectatio, sanguinarium illum reddebat, in fe-
ras, non in homines. Neminem enim manu sua occi-
dit. Sæpè obuiam factos asinos decollauit, soluto dos-
minis pretio, Spectantibus aulicis porcos maclauit,
crauentis manibus exta extraxit, quasi lanariæ tabera-
næ seruus. Irruenti in mulum Lansaci, Quod tibi dis-
fidium (inquit) cum meo mulo intercessit Christianis-
simo Regum?

SPECTRVM IGNEVM AB EO VISVM.

Non

NON multò antē nuptias suas dum venaretur in silua Leonensi, agri Rhotomagensis, obuiam habuit igneum spectrum, altitudinis hasta: Territi venatores disfugere. Rex intrepidus stricto ense insequitur solus, donec ignis disparuit. Narrabat sibi ex fuga spectri iniectum metum, & repetuisse ex sacro hymno quem à præceptore olim didicisset, *DEVS DEVS* adiutor meus, Spero in *DEVM* adiutorem meum. In eadē adamata silua iecit fundamenta superbæ vila: Locus, à sitū, *CAROLI* Vallis dicitur.

FACTI SPECIES IN QVO IVS VIOLAVIT.

CVm ab armis discessum esset post primum Ciuite bellum, longo circuitu facto, omnes ferè regni sui prouincias lustrauit, Burdigalæ Burnesocius vir potens Turiorum dolo malo occiderat: Capitis à Senatu damnatus est. Legati tentata aulicorum gratia, pœnam remitti à Carolo petebant. Vidua Turiani roga ta ab eo, vt & ipsa damnato parceret, fortunarum suis, quantum vellet, offerenti. Non faciam, inquit, quod iubes: Sed quoniam gratia, legibus & Iure potentior est, da veniam huic infanti, quem propterea alam, vt paterni percussoris sanguinem fondat. Capitalis tamen dimissus est, violata Iuris disciplina. Quod hoc loco commemorare volui, vt fortis feme na Romanæ Ius nunquam intereat.

ORATIO EIVS IN SE, NATV.

IN senatu Parisiensium orationem habuit ad Patres : In cuius prima parte laudauit matrem, prædicans ei se debere & Vitam & Regnū. Altero capite Henrici fratris sui erga se animum commemorauit : Deinde quæstus de corrupta Iuris & Legum disciplina, deque contemptu suarum sanctionum, Vestrum est (ait) parre meis constitutionibus, nec disputare quales sint. Ego enim melius scio quid sit ex v*is*u Regni, quā vos. Hæc imberbis dicebat, infrequentia doctissimorum senum, mirantibus cunctis, à quoniam talia didicisset. Carolus Lotharingus Orationem illam scripsera*t*, plenam insolentium Verborum & Tyrannici spiritus.

AMASIA CAROLI.

ADmendat *MARIAM TONCHOLIAM AV-
RELIANENSIS* præfecti filiam, præstanti for-
ma ac venustate : Ex qua tulit duos naturales. Hæc
inspecta *ISABELLAE Reginæ* (quæ recens ē Ger-
mania venerat in Galliam) pictura, risisse dicitur, ad-
dito verbo, Nihil me terret Germana, Rex ipse, inter
moras longissimi morbi, semel ad ipsam dicitur : sus-
picioque est, auctum morbum ex importuno coitu, &
acceleratum vitæ finem : Matri vxorem commen-
dans & filiam, hanc non est ausus. Mandauit tamen
CAROLO Bondio Cubiculario, ut verbis suis com-
mendationem faceret : Quod & ipse præstitit. Mor-
tuo domino, Ipsa quoque, ex dolore amissi Principis,
concepto morbo, penē perijt.

AFFLICTIO ECCLESIASTI- CI ORDINIS.

61

Incertum

Incertum est adeo, magisne vexanterint ordinem Ecclesiasticum CAROLVS an CALVINIANI. Non paucis Sacerdotibus occisis, spoliavit templa pre-tiosis ornamentis. Ille exconsecratis valis nummos conflauit: Præfecturas Ecclesiæ & monasteria pueris, militibus, fæminis, infantibus dono dedit. Decimas quaternas, quam diu vixit, exegit. Latifundia domi-nici Ieris non pauca distracta, coactis ex venditione illa Vicies Centenis aureorum millibus.

STUDIVM EIVS ARTIVM LIBERALIVM.

Grammaticam puer attigit, ut & libenter amplectetur literas. At ubi primū Rex fuit, omisit hæc studia doctrinæ, quasi Imperatori contraria, ex opinione aulicorum, apud quos pulchrum est, nescire literas: Amauit eas tamen: Itaq; ad Poëticam pronus, carmina Gallico sermone composuit. Ex poëtis Latinis dilexit Auratum: ex Gallicis Petrum Ronfardum Vindocinum, & Bayfum Lazari filium, quos sua poëmata recitantes, libenter, & quidem attentissime audiuit. Dabat & eis præmia, Cæterum non magna, ut breui redirent, & noui aliquid, deficiente pecunia, meditari cogerentur: poëtas generosis Equis similes esse dicens, quos nutrire, non saginare oporteat.

CIBVS, POTVS, SOMNVIS EIVS.

Cibi erat modice appetens, quo vires reficeret: Vi-num puer bibebat, ne dilatum quidem: postea C valetudinis

valetudinis causa potionē illa sibi interdixit, frigida
semper usus, aut hypocratico, quod fit ex aqua, saccas-
ro & Cinamomo. Somni brevissimi erat: nam ples-
tunq; ante medium noctem in equo erat, canens alia
quid, aut aliud agens.

PRODIGIVM PRÆCEDENS MORTEM.

PRæsagium mortis eius principium sumpsit ex or-
tu Stellæ in linea Mercurij, quod nunquā ferē ac-
cidit, lūminosæ quidem, cæterūm. incrinitæ: annum
& dimidium fulsit: Etiam torrebat orbem cùm Ru-
pella Santonum obsideretur.

Theodorus Beza minaces super ea versus edidit,
nomine *HERODIS* Carolum perstringens,


Ipse nouus nullo ferialis crine Cometes;
Et radians puro quod nitet igne iubar.
Fallor ego, aut hic est paruam Davidis in Urbem
Duxit ab Eo qui prius orbe Magos.
Ecquid potentat terris, Deus ille Deorum
Nouit, & ostendent tempore fata suo. &c.

MORBVS CAROLI.

Incidit in morbū mense Octobri, anno LXXIII.
Sub profectionem Henrici fratris ad Regnum Polo-
niae, ex dolore affecti pulmonis, incognito Medicis
mórbo. Accessit febris erratica, nunc tertiana, nunc
quartana.

quartana. Quia recedente, putahat Mazilits princeps
Medicorum Regem bene' habiturum. Prosternit
sanguinis laborasse eum alij scribunt, atq; ita atte-
nuatis exhausti corporis viribus, in ipso
ætatis flore extinctum.

F I N I S.



B V D I S S I N Æ.
Excudebat Michael VVoirab.

1 5 7 8.